

qua videntur abuti, maximis usuris, vice cuiusdam penas subjiciuntur: hic bona ratione accepit ab alio mutuum: et usuris, quia non solvit, non quia ex negotiis, quae gerebat, ad se pecuniam transtulit, condemnandus est. Multum autem refert, incipiat tunc debitum, an ante nomen fuerit debitor: quod satis est ex non usurario facere usurarium.

## 39. GAIUS, lib. 5, de Verborum obligationibus.

Solvendo quisque pro alio, licet invito<sup>46</sup>, et ignorant, liberat eum: quod autem aliqui debetur, alius sine voluntate ejus non<sup>47</sup> potest jure exigere: naturalis enim, simul et civilis ratio suasit, alienam conditionem meliorem quidem [etiam] ignorantis, et inviti nos facere posse; deteriori<sup>48</sup> non posse.

## 40. PAULUS, lib. 10, ad Sabinum.

Si communes aedes tecum habeam, et pro tua parte *damni infecti* vicino caver<sup>49</sup>; dicendum est, quod praestitero, negotiorum gestorum actione potius, quam communi dividendo judicio, posse me petere: quia potui partem meam ita defendere, ut socii partem defendere non cogerer.

41. *Idem*, lib. 50, ad Edictum.

Qui servum meum, me ignorante, vel absente, in noxal causa defen-derit; negotiorum gestorum in solidum mecum, non<sup>50</sup> de peculio aget.

42. *Idem*, lib. 52, ad Edictum.

Si servi mei rogatu negotia mea susceperis: si dumtaxat admonitus a servo meo id feceris, erit inter nos negotiorum gestorum actio<sup>51</sup>: si vero quasi mandato servi, etiam de peculio, et de in rem verso agere te posse responsum est.

## 43. LABEO, lib. 6 posteriorum Epitomatorum a Javoleno.

Cum pecuniam ejus nomine solveres, qui tibi nihil mandaverat, ne-gotiorum gestorum actio tibi competit: cum<sup>52</sup> ea solutione debitor a creditore liberatus sit: nisi si quid debitoris interfuit, eam pecuniam non solvi.

## 44. ULPIANUS, lib. 6 Disputationum.

Is, qui amicitia ductus paterna pupilli tutorem petierit<sup>53</sup>, vel suspectos tutores postulavit; nullum adversus eos habet actionem, secundum divi Severi constitutionem.

45. *Idem*, lib. 4 Opinionum.

Quae utiliter in negotia alicuius erogantur, in quibus est etiam sumptus honeste ad<sup>54</sup> honores per gradus pertinentes factus, actione negotiorum gestorum peti possunt. — § 1. Qui pure testamento libertatem accep-erunt, actus quem viventibus dominis administraverunt, ratione reddere non compelluntur. — § 2. Titius pecuniam creditoribus hereditariis solvit, existimans<sup>55</sup> sororem suum defuncto heredem testamento extituisse; quavis animo gerendi sororis negotia id fecisset; veritate tamen filiorum defuncti, qui sui heredes patri, sublatto testamento erant, gessisset; quia æquum est in damno eum<sup>56</sup> non versari, actione negotiorum gestorum id eum petere placuit.

## 46. AFRICANUS, lib. 7 Quæstionum.

Mandasti filio meo, ut tibi fundum emeret: quod cum cognovissem, ipse eum tibi emi. Puto referre, qua mente emerim: nam si propter ea, quæ tibi necessaria esse scirem, et te ejus voluntatis esse, ut emptum habere velles, agemus inter nos negotiorum gestorum: sicut ageremus, si aut nullum omnino mandatum intercessisset, aut Titio mandasse, et ego, quia per me commodius negotium possim confidere, emissem. Si vero propter ea, ne<sup>57</sup> filius mandati judicio tenetur: magis est, ut ex persona ejus et ego tecum mandati agere possim<sup>58</sup>, et tu mecum actionem habeas de peculio: quia etsi Titius id mandatum suscepisset; et ne eo nomine teneretur, ego emissem, agerem cum Titio negotiorum gestorum; et ille tecum, et tu cum illo mandati. Idem est et si filio meo mandaverit ut pro te fidejuberet; et ego pro te fidejuserim. — § 1. Si proponatur, ut Titio mandasse, ut pro te fidejuberet, meque, quod is aliqua de causa impeditur quo minus fidejuberet, liberanda fidei causa fidejussisse: negotiorum gestorum mihi competit actio

## 47. PAULUS, lib. 1 Sententiarum.

Actio negotiorum gestorum illi datur, cuius interest hoc judicio expe-

46. L. 23, infr. de solutione. vide tamen L. 69, infr. de reg. iur. — 47. L. 6, 8 ult. vers. certe si supr. h. t. L. 4, 8 pen. infr. si servit. vide: L. 5, 2 5, infr. de prescr. verb. — 48. L. 2, infr. quod ut ant clam. — 49. L. 5, 1, in fin. supr. L. 19, C. h. t. L. 25, 2 16, infr. famili. eritis. — 50. L. 16, in fin. infr. de pecul. legit. — 51. L. 10, 2 7, infr. mandati. — 52. L. ult. in fin. infr. h. t. — 53. L. 1, C. cod. — 54. L. 11, in pr. infr. de action. — 55. L. 1, supr. h. t. — 56. L. 44, infr. de conduct. indeb. — 57. Add. L. 6, in pr. supr. h. t. — 58. L. 12, 2 5, infr. mandati. — 59. L. 24, infr. de tutel. et ration. distract. — 60. 8 ult. Inst. de interd. — 61. Tit. C. de formul. et impetr. act. subl. — 62. L. 8, 2 16, infr. quib. mod. pign. vel iyo-  
poth. — 63. L. 1, 2 4, infr. de dotti collat. — 64. L. 17, in pr. infr. de rei vind. — 65. L. 25, infr. de reb. cred. — 65. L. 19, C. h. t.; L. 5, in fin. C. de rei vind.; L. 1, C. de reb. alien non afi-  
cend. — 66. Add. L. 45, supr. h. t.

Tr. VI. — 1. Lib. 9, C. 45. — 2. L. 5, in fin. infr. h. t. — 3. 2 5, Inst. de action. — 4. L. 8 infr. de accusat.; L. 5, L. 6, 2 ult. infr. ad leg. Jul. repetund. — 5. L. 8, infr. h. t. — 6. L. 1, C. de pena jud. qui male judic. — 7. L. 2, in fin. infr. de conduct. ob turp. caus. — 8. L. 2, 2 1, in fin. C. de constit. pecun. — 9. L. 3, in pr. infr. h. t.; L. 19, infr. de literarii caus. — 10. L. 5, in fin. pr. supr. quod quisque juris. — 11. L. 5, 2 1, infr. h. t. — 12. L. 16, 2 ult. vers. in heredem; L. 19, infr. quod met. caus. — 13. L. 1, in pr. infr. de privat. deficit; L. 2, in fin. infra. vi honor. rap. — 14. L. 12, infr. ad leg. Correl. de fals. — 15. L. 3, in fin. supr. h. t.

riri. — § 1. Nec refert directa quis, an utili<sup>59</sup> actione agat, vel conve-niantur: [quia in extraordinariis<sup>60</sup> judiciis, ubi conceptio formularum<sup>61</sup> non observatur, hac subtilitas<sup>62</sup> supervacua est;] maxime cum ultraque actio ejusdem potestatis est, eundemque habet effectum.

## 48. PAPINIANUS, lib. 5 Quæstionum.

Ignorante quoque sorore, si frater negotium<sup>63</sup> ejus gerens dotem a viro stipulatus sit: judicio negotiorum gestorum, ut virum liberaret, jure convenitur.

## 49. AFRICANUS, lib. 8 Quæstionum.

Si rem, quam servus venditus subripusset a me venditore, emptor vendorider<sup>64</sup>, eaque in rerum natura esse desierit: de pretio<sup>65</sup> negotiorum gestorum actio mihi danda sit: ut dari deberet, si negotium, quod tum esse existimares, cum esset meum, gessisses: sicut ex contrario in me tibi daretur, si, cum hereditatem, qua ad me pertinet, tuam putares, res tuas proprias legatas solvisses<sup>66</sup>: [quandoquidem ea solutione liberarer.]

## TIT. VI.

DE CALUMNIATORIBUS<sup>1</sup>.

## 1. ULPIANUS, lib. 10, ad Edictum.

*In eum, qui ut calumnia causa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse dicetur<sup>2</sup>; intra annum in quadruplum<sup>3</sup> ejus pecuniae, quam accepisse dicetur; post annum, simpli in factum actio competit.* — § 1. Hoc autem judicium non solum in pecuniariis causis, sed et publica crimina pertinere Pomponius scribit: maxime cum et legi repetundarum<sup>4</sup> tenetur, qui ob negotium faciendum, aut non<sup>5</sup> faciendum per calumniam pecuniam accepit. — § 2. Qui [autem] accepit pecuniam, sive ante judicium, sive post judicium acceptum, tenetur. — § 3. Sed et constitutio<sup>6</sup> imperatoris nostri, quæ scripta est ad Cassium Sabinum, prohibuit, judici vel adversario, in publicis, vel privatis, vel fiscalibus causis pecuniam dare: et ex hac causa item perire<sup>7</sup> jussit. Nam tractari potest, si adversarius, non per calumniam, transigendi animo accepit, ac constitutio cessat? Et puto cessare: sicut hoc quoque judicium: neque enim transactionibus est interdictum, sed sordidus con-cussionibus. — § 4. *Pecuniam autem accepisse dicemus, etiam si ali-quit<sup>8</sup> pro pecunia acceptum.*

## 2. PAULUS, lib. 10, ad Edictum.

Quinetiam, si quis obligatione liberatus sit<sup>9</sup>, potest videri cepisse. Idemque si gratuita pecunia utenda data sit, aut minoris locata venditare res sit. Nec refert, ipse pecuniam accepit, an alii dari jusserit, vel accepit suo nomine ratum habuerit.

## 3. ULPIANUS, lib. 10, ad Edictum.

Et generaliter idem erit, si quid omnino compendii sensit propter hoc; sive ab adversario, sive [ab alio] quocumque. — § 1. Si igitur accepit, ut negotium faceret, sive fecit, sive non fecit<sup>10</sup>, et qui accepit, ne faceret, et si fecit, tenetur. — § 2. Hoc edicto tenetur etiam is, qui deceptus est. *Deceptus autem dicatur turpiter pactus.* — § 3. Illud erit notandum, quod qui dedicit pecuniam, ut negotium quis patetur, non habebit ipse repetitionem: turpiter enim fecit<sup>11</sup>: sed ei dabitus petitio, propter quem datum est, ut calumnia ei fiat. Quare si quis et a te pecuniam accepit, ut milii negotium faceret, et a me, ne milii faceret, duobus judiciis mihi tenebitur.

## 4. GAIUS, lib. 4, ad Edictum provinciale.

Hæc actio heredi quidem non competit, quia sufficere ei debet, quod eam pecuniam, quam defunctus dedit, repete potest.

## 5. ULPIANUS, lib. 10, ad Edictum.

In heredem autem competit in<sup>12</sup> id, quod ad eum pervenit: nam est constitutum, *Turpia lucra<sup>13</sup> hereditibus quoque extorqueri<sup>14</sup>, licet criti-mina extinguantur:* utputa, ob falsum<sup>15</sup>, vel judici ob gratiosam sententiam datum [et] heredem extorqueretur: et si quid alius scelere qua-situm. — § 1. Sed etiam præter hanc actionem condicione competit, si

sola turpitudo accipientis versetur: nam si et dantis<sup>16</sup>, melior causa erit possidentis. Quare si fuerit condicione, utrum tollitur hæc actio, an vero in triplum danda sit? an exemplo furis et in quadruplum actionem da-mus, et condicione? Sed puto, sufficere alterutram actionem. Ubi autem condicione competit, ibi non est necesse post annum dare in factum actionem.

## 6. GAIUS, lib. 4, ad Edictum provinciale.

Annum autem in personam quidem ejus, qui dedit pecuniam, ne secum ageretur, ex eo tempore cedit, ex quo dedit: si modo potestas ei fieri experiundi. In illius vero personam, cum quo ut agatur, alius pecu-niam dedit, dubitari potest, utrum ex die data pecunie numerari debeat, an potius, ex quo cognovit datam esse: quia qui nescit, is videtur experiundi potestatem non habere, et verius est, ex eo annum numerari, ex quo cognovit.

## 7. PAULUS, lib. 10, ad Edictum.

Si quis ab alio accepit pecuniam, ne milii negotium faciat; si quidem mandatu meo datum est, vel a procuratore meo omnium rerum, vel ab eo, qui negotium meum gerere volebat, et ratum habui: ego de-disse intelligor. Si autem non mandatu meo alias ei, licet misericordia causa dederit, ne fiat, neque ratum habui; tunc et ipsum repete, et me in quadruplum agere posse. — § 1. Si, ut filiisfamilias pecuniam accepit, ut faceret negotium, vel non faceret; in ipsum judicium dabitur, non ultra tempus statutum, in integrum restituot. Sed et si forte hic minor erat captus in hereditate, quam adierit: Julianus libro<sup>17</sup> Digestorum scribit, abstinendi facultatem dominum posse habere, non solum atatis beneficio, verum etsi etas non patrocinetur: quia non adipiscenda hereditatis gratia legum beneficio usi sunt, sed vindicta gratia.

## 6. ULPIANUS, lib. 15, ad Edictum.

Non solum minoris, verum eorum quoque qui reipublicæ causa affuc-runt; item omnium, qui ipsi potuerunt restituiri in integrum, successores in integrum restituunt possunt<sup>18</sup>: et ita sapissime est constitutum. Sive igitur heres sit, sive in cui hereditas restituta est, sive filiisfamilias mi-litis successor; in integrum restituti poterit. Proinde et si minor in ser-vitatem redigatur, vel ancilla fiat<sup>19</sup>, dominis eorum dabitur, non ultra tempus statutum, in integrum restituot. Sed et si forte hic minor erat captus in hereditate, quam adierit: Julianus libro<sup>17</sup> Digestorum scribit, abstinendi facultatem dominum posse habere, non solum atatis beneficio, verum etsi etas non patrocinetur: quia non adipiscenda hereditatis gratia legum beneficio usi sunt, sed vindicta gratia.

## 7. MARCELLUS, lib. 3 Digestorum.

Divus Antoninus Marcio Avito prætori de succurrendo ei, qui absens rem amisrat, in hanc sententiam rescripsit<sup>20</sup>: *Etsi nihil facile mu-tandum est ex solemnibus: tamen<sup>17</sup>, ubi æquitas evidens posci, sub-veniendum est: itaque si citatus<sup>18</sup> non respondit, et ob hoc more pro-nunciatur est, ut faceret negotium, vel non faceret; in ipsum judicium dabitur, et si alius non meo mandatu ei dederit, ne fiat: tunc etiam ipsum repete, et me in quadruplum agere posse.* — § 2. Cum intra has solum species consistet hujus generis auxilium: etenim deceptis sine culpa sua, maxime si fraus ab adversario intervererit, succurrir oportebit: cum etiam de malo actio competere soleat: et boni prætoris est potius restituere item: ut et ratio et æquitas postulabit, quam actionem famosam consti-tuire; ad quam tunc demum descendendum est, cum remedio locus esse non potest<sup>21</sup>.

## 8. MACER, lib. 2, de Appellationibus.

Inter minores vigintiquaque annis, et eos qui reipublicæ causa ab-sunt, hoc interest: quod minores annis etiam, qui<sup>22</sup> per tutores curatores suis defensi sunt, nihilominus in integrum contra rempublicam restituunt, cognita scilicet causa: ei vero, qui reipublicæ causa absit, ceteris quoque, qui in eadem causa habentur, si per procuratores suis defensi sunt, haec in integrum restitutione subveniri solet, ut ap-pellare his permittatur.

## TIT. II.

QUOD<sup>1</sup> METUS CAUSA GESTUM ERIT.

## 1. ULPIANUS, lib. 11, ad Edictum.

Ait prætor<sup>2</sup>: *Quod metus<sup>3</sup> causa gestum erit, ratum non<sup>4</sup> habebo.* Olim ita edicebatur, *Quod vi, metusve causa;* vis enim siebat mentio, propter necessitatem impositam<sup>5</sup> contraria<sup>6</sup> voluntati: metus, in-stantis, vel futuri<sup>7</sup> periculi causa mentis trepidatione: sed postea de-tracta est vis mentio: [ideo] qui quodcumque vi atrocis fit, id metu quoque fieri videatur.

## 2. PAULUS, lib. 1 Sententiarum.

Utilitas hujus tituli non eget commendatione: ipse enim se ostendit. Nam sub hoc titulo plurifariam prætor omnibus vel lapsis, vel circum-scriptis subvenit; sive metu<sup>8</sup>, sive calliditate<sup>9</sup>, sive ætate<sup>10</sup>, sive absen-tia incidentur in captionem<sup>11</sup>.

## 2. PAULUS, lib. 1 Sententiarum.

Sive per status<sup>12</sup> mutationem<sup>13</sup>, aut justum errorem<sup>14</sup>,

## 5. MODESTINUS, lib. 8 Pandectarum.

Omnis in integrum restitutions, causa<sup>15</</sup>